UNIVERSITÄTS
BIBLIOTHEK
WUPPERTAL

BERGISCHE
UNIVERSITÄT
WUPPERTAL

Universitätsbibliothek Wuppertal

Aristophanis Comoediae Undecim

Graece Et Latine, Ad fidem optimorum Codicum MSS. emendatae cum nova octo Comoediarum interpretatione Latina, & notis ad singulas ineditis Stephani Bergleri nec non Caroli Andreae Dukeri ad quatuor priores. Accedunt Deperditarum Comoediarum Fragmenta, A Theod. Cantero Et Gul. Coddaeo Collecta, ...

Aristophanes

Lugduni Batavorum, MDCCLX

Actus quinti scena tertia

Nutzungsrichtlinien Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.
Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

urn:nbn:de:hbz:468-1-1094

Visual Library

ACTUS QUINTI

ΣΤΡΕΨΙΑΔΗΣ ΜΟΝΟΣ.

Οἴμοι παρανοίας, ὡς ἐμαινόμην ἄρα,
Ὅτ' ἐξέβαλον καὶ τοὺς θεοὺς διὰ Σωκράτη.
Ἀλλ', ὦ φίλ' Ἑρμῆ, μηδαμῶς θύμαινέ μοι,
Μηδέ μ' ἐπιτρίψῃς, ἀλλὰ συγγνώμην ἔχε
Ἐμοῦ παρανοήσαντος ἀδολεσχίᾳ,
Καί μοι γενοῦ ξύμβουλος, εἴτ' αὐτοὺς γραφὴν
Διωκάθω γραψάμενος, εἴθ' ὅ, τι σοι δοκεῖ.
Ὀρθῶς παραινεῖς, οὐκ ἐῶν δικορραφεῖν,
Ἀλλ' ὡς τάχιστ' ἐμπιπράναι τὴν οἰκίαν
Τῶν ἀδολεσχῶν. Δεῦρο, δεῦρ', ὦ Ξανθία,
Κλίμακα λαβὼν ἔξελθε, καὶ σμινύην φέρων,
Κἄπειτ' ἐπαναβὰς ἐπὶ τὸ φροντιστήριον,
Ἕως ἂν αὐτοῖς ἐμβάλῃς τὴν οἰκίαν,
Τὸ τέγος κατάσκαπτ', εἰ φιλεῖς τὸν δεσπότην.
Ἐμοὶ δὲ δᾷδ' ἐνεγκάτω τις ἡμμένην,
Κἀγώ τιν' αὐτῶν τήμερον δοῦναι δίκην
Ἐμοὶ ποιήσω, κἂν σφόδρ' εἴσ' ἀλαζόνες.

ACTUS QUINTI

Τρίμετροι Ἰαμβικοί.

ΜΑΘΗΤΗΣ, ΣΤΡΕΨΙΑΔΗΣ, ΣΩΚΡΑΤΗΣ, ΧΑΙΡΕΦΩΝ.

Ἰοὺ, ἰού.
ΣΤΡ. Σὸν ἔργον, ὦ δᾴς, ἱέναι πολλὴν φλόγα.

ΜΑΘ.

locum. Fuiſſe autem τὸ *δῖνον poculi teſtacei* genus, teſtatur Scholiaſtes ſupra, ad vſ. 389. κεραμεοῦν ἐστι βαθὺ ποτήριον, ὃ καλεῖται δῖνος. cujus mentionem facit Comicus etiam in Veſpis vſ. 616. τοῦ σοῦ δίνου μέγα καὶ στράτιον κατέπαρδεν. ubi Scholia: δῖνος δέ ἐστιν ἀγγεῖόν τι κεράμειον, βάσιν οὐκ ἔχον, ἀλλὰ στρογγύλον. Sumſit autem Comicus Δῖνον ridiculi cauſa ἀντὶ τοῦ Διὸς *pro Jove*, propter ſimilitudinem vocum, ut dicit Scholiaſtes ſupra, ad vſ. 380. alludens ſimul ad δίνην ſive δίνησιν *vertiginem* ſive *rotationem* aëris ac nubium, quam Socrates dicebat cauſam eſſe tonitruum & fulminum; non autem τὸν Δία, ut vulgo putarent homines. Poteſt etiam alia cauſa afferri, cur Comicus *vas teſtaceum* ſumſerit pro *Jove*; nimirum quia Jupiter etiam diceretur Στάμνιος, ut ait Scholiaſtes Comici in Pluto ad vſ. 545. cujus verba ſunt: ὅτι δὲ ἀπὸ τῆς στάμνου, ἢ τοῦ στάμνου, καὶ Ζεὺς λέγεται Στάμνιος, δηλώσει που καὶ ὁ Κωμικός· *Quod vero a voce* στάμνος *quae & foeminini & maſculi generis eſt, Jupiter dicitur* Στάμνιος, *alicubi planum faciet Comicus.* eſt autem Στάμνος *Urceus* in Gloſſis. Locus ille, quem hic intelligit Scholiaſtes, eſt in Ranis vſ. 22. ubi Bacchus Jovis Filius dicit: ἐγὼ μὲν ὢν Διόνυσος υἱὸς Σταμνίου. Sed ſi verum fatear, ex ſolo illo loco non debet colligi Jovem dictum fuiſſe Στάμνιον; nam ibi

SCENA TERTIA.

STREPSIADES SOLUS.

STR. Hei mihi ob iſtam inſaniam! quantum deſipiebam,
Cum etiam Deos propter Socratem ejicerem.
At, ô chariſſime Mercuri, nequaquam mihi ſuccenſeas,
Neque me perdas, ſed da veniam mihi,
Quem garrulitas inſanum fecerat,
Et fias mihi conſultor, an ipſis dicam
Scribam, an *aliud faciam* quod tibi videtur.
Recte mones, quod non ſinis lites conſuere,
Sed quam primum incendere domum
His argutatoribus. Adesdum Xanthia,
Sumta ſcala egredere ligonem etiam ferens,
Deinde aſcende ſupra ſcholam,
Et, usque dum in ipſos injicias domum (*ruere facias*)
Everte tectum, ſi amas herum.
Mihi vero aliquis ferat facem accenſam,
Et ego, ut illorum nonnemo hodie det poenas
Mihi faxo, etiamſi valde ſint arrogantes.

SCENA QUARTA.

Senarii Jambici.

DISCIPULUS, STREPSIADES, SOCRATES, CHAEREPHON.

SOCR. Iô! Io!
STR. Tuum eſt, ô fax, mittere multam flammam.

DISC.

ibi per jocum Comicus dicit *Bacchum* ſive *Vinum*, filium *σταμνίου urcei*; quia vinum ex urceo effunditur in pocula: & dici poteſt vinum editum urceo, ut filius editus ſive natus illo vel illo parente.

vſ. 1477 Φλυνάσῃς] In Equitibus vſ. 660. ἐφλυνάφα· nempe in ſecunda conjugatione contr. non ut hic in prima.

vſ. 1484. Διωκάθω] Hoc verbum in ſignificatione propria uſurpavit in Veſpis vſ. 1198. κάπρον ἐδιώκαθές ποτ' ἢ λαγών.

vſ. 1485. Ὀρθῶς] Aut vocem audivit Mercurii ſolus, aut ei Deus ille cogitationem talem in mentem indidit; ſic etiam in Pace vſ. 661. & ſeqq. Trygaeus refert Spectatoribus, quid ipſi ſoli Dea Pax dixerit.

vſ. 1492. Ἐμοὶ δὲ δᾷδ' ἐνεγκάτω τις ἡμμένην] Similiter in Lyſiſtrata vſ. 318. τὴν λαμπάδ' ἡμμένην ὅπως πρῶτον ἐμοὶ προσοίσετε.

vſ. 1493. Κἀγώ τιν' αὐτῶν — δοῦναι δίκην ἐμοὶ ποιήσω] In Ranis vſ. 556. δώσει τις δίκην. In Lyſiſtr. vſ. 449. παύσω τιν' ὑμῶν τ' δή ἐγὼ τ' ἐξόδε.

vſ. 1496. Σὸν ἔργον, ὦ δᾴς] In Lyſiſtrata vſ. 317. σὸν ἔργον, ὦ χύτρα, τ' ἄνθρακ' ἐξεγείρειν.